

Zusatz 1.

Zolltarif der Stadt Freiberg. (Um 1336.)

Hdschr.: A fol. 161. Fehlt BC.

Gedr.: Schott 3,299 (unter M).

Anm.: In A von einer der ersten Hälfte oder der Mitte des 14. Jahrhunderts angehörenden Hand eingetragen; 5
wahrscheinlich derselben, welche in der Bergrechtshandschrift des Freiburger Rathesarchivs das Iglauer Bergrecht und das
Freiberger Bergrecht A geschrieben hat (Cod. dipl. II. 13, XIX; vergl. ebenda Schriftprobe I). Der Tarif, der die Rechte
der Freiburger Bürger hinsichtlich der Zollfreiheit gegenüber den Bestimmungen des Stadtrechts beschränkt, wurde wohl bald
nach dem Verkaufe des Zolls an die Gebrüder von Honsberg (1336 Apr. 23, Cod. dipl. II. 12, 64), wahrscheinlich unter Zu-
grundelegung eines älteren Tarifs, aufgestellt. 10

Vergl. die Pirnaische Zollrolle von 1325 Apr. 20 Cod. dipl. II. 5, 337. Benseler 129 ff. — § 31. 32. Vergl. XL
§ 2—10. Cod. dipl. II. 12, 34 f. — Ermisch Bergrecht XXXIX (Cod. dipl. II. 13, XXXII). § 33. Vergl. II § 12. —
Benseler 123.

Sch. p. 299.

Hec sunt iura de theolonio civitatis Fribergensis, sicuti domini de Honsberg habent
pro se in eorum registro. 15

[§ 1.] Currus oneratus cum plumbo veniens de Polonia de centum centeneris,
sive ducantur in uno curru sive in pluribus, dabit quatuor solidos. Si vero veniat de
Meydeburg vel de Goslaria ad Friberg, dabit ibidem xvi denarios. Si autem veniat de
Bohemia, dabit de centenero unum denarium et nichil de curru.

[§ 2.] Currus oneratus cum frumento veniens Friberg sive cum quatuor equis 20
sive cum pluribus duos solidos.

[§ 3.] Currus oneratus cum ordeo vel cum brasio veniens per stratam Gyten vel
Mitteweide vel Frankenberg vel de aliis locis, dum tantum per eandem stratam venerit,
dabit xviii denarios.

[§ 4.] Currus autem veniens de Lypczk vel Grymme transiens Russewyn cum 25
ordeo vel cum brasio dabit xvi denarios.

[§ 5.] Item currus cum vino veniens per stratam Gyten vel Mitteweide vel
Frankenberg dabit xvi denarios. Qui autem venit de Lypczk per stratam Grymme vel
Russewyn cum vino, dabit de curru unum solidum.

[§ 6.] Currus oneratus cum ordeo, de quibuscumque locis veniat exceptis pre- 30
dictis, dabit xviii denarios; qui autem de Lomacz venit cum ordeo, unum solidum.

Sch. p. 300.

[§ 7.] Item currus veniens Friberg cum vino de quibuscumque locis absque
Bohemia dabit xvi denarios.

[§ 8.] Currus vero veniens Friberg oneratus cum pannis vel cum mercimoniis
institorum vel cutibus vel cera vel oleo vel allecibus vel humulo vel cupro vel piscibus 35
salsis vel salsis carnibus vel sepo vel arvina vel lineo panno dabit duos solidos.

[§ 9.] Mercatores de Friberg de pannis, quos ducunt de nundinis, vel institores
eiusdem loci de suis mercimoniis dabunt de curru unum solidum.

[§ 10.] Item currus oneratus cum sale, de quibuscumque locis venerit, dabit
xviii denarios. Carruca onerata cum quibuscumque rebus dabit dimidium theolonium, 40
sicut de curru superius expressum est.

[§ 11.] Item currus veniens de Bohemia cum iii^{or} equis vel cum pluribus, sive
portet siliginem vel triticum vel ordeum vel pisa vel papaver, dabit triginta denarios; si
vero veniat cum tribus equis vel duobus vel uno, dabit de quolibet vi denarios.